clamationem fecit. Cui tam per Alexandrum
papam II quam Henricum imperatorem III
Dicta insula adjudicata est et per utrosque
est data potestas super XVI episcopatus
videlicet .... (nomina desunt)

Hoc Gothepoldus jacet miser in monumento
Hic presul dictus nomine non merito.
Sed quia mortalis me pejor non erat ullus
Filii Christe Dei nunc miserere mei.
Ora pro famulo sancta Maria tuo
A morte perpetua libera me domine
Crux mihi sit requies crux mihi sancta salus.

Ravengerus patriarcha sedit annis IIII.

Sygheardus patriarcha sedit annis VIIII.
Huic Henricus III dedit marchiam Carniole et
alia multa privilegia concessit et confirmavit.
Iste eciam Henricus dedit Sygheardo predicto
et ecclesie Aquilegensi per eum regalia XVI
episcopatuum que Urbanus papa II eciam con-
firmavit. Qui Urbanus fuit anno domini MLXXXXVIII.

Henricus sedit annis VI.

Fridericus sedit anno uno.

Vodalricus patriarcha sedit annis XXXVII.

Hic